DE CLERICO IURISPERITO DISSERIT SIMULQUE GENEROSISSIMIS AC NOBILISSIMIS IURIUM...

Abraham Kästner

Digitized by Google

DE

CLERICO IVRISPERITO

DISSERIT

SIMVLQVE

GENEROSISSIMIS AC NOBILISSIMIS

IVRIVM CVLTORIBVS

DOMINIS COMMILITONIBVS

SVIS

COLLEGIA SVA

PER SEMESTRE HIBERNVM HABENDA

INTIMAT

ABRAHAMVS KAESTNERVS,

V. I. D. & P. P. E.

LIPSIAE, LITTERIS TROGII.

criminali inquisitorio, quem IVDEX OMNISCIVS contra *Protoplastos* formauit, satis ostendit. Sane, si verbi diuini minister modum procedendi in causis criminalibus ignorat, locus hic dextre vix explicabitur.

§. III.

Operam itaque me perditurum non credidi, si paucis, *quatenus Iurisprudentiae cognitio Theologo non tantum vtilis, sed necessaria omnino videatur*, ostendere allaborem. Permultos quidem ex *Iure Canonico* textus, propter quos Clerici Iurisprudentiae operam dare non debent, adducunt. Potissimum dissentientes provocant *ad c. 1. & 3. X. de postul. can. 29. te quidem can. 32. Nullus XI. qu. 1. can. 10 denique, XIV. qu. 5. c. 8. placuit. c. 26. de praesentium, c. 35. monachi XVI. qu. 1. cap. 1. X. ne clerici vel monachi. Concil. Moguntin. c. 22. Concil. Chalcedon. c. 3. & 7. Emeritense, c. 11. c. 1. X de vita & honest. cler.* vt alia permulta, sicco pede praeteream loca.

§. IV.

Rationes cur clerici negotia forensia tractare non debent, à Canonistis variae adducuntur: 1) generalem perhibent, *ne videlicet clerici & monachi negotiis secularibus se immiscean, atque hoc modo rerum spiritualium curam negligant. v. cap. 1. & tot. tit. ne clerici vel monachi.* 2) prouocant ad Constitutionem GREGORII IX. *in cap. 3. X. de postul.* in verb. *cum sacerdotis officium sit nulli nocere, omnibus autem prodesse.* 3) quia in officio advocationis necessario pars, cui aduocatus non patrocinatur, laeditur, *per c. 10. denique, XIV. qu. 1.* ibi: *in quibus non potest fieri, quin frequenter laedatur alter, qui vincitur.* 4) aliam rationem ex notitia & modo exer-

exercendi ipsum aduocationis officium desumunt, putantes, plerumque aduocatos instas non fouere causas, idque exemplo oratorum principis DEMOSTHENIS probare satagunt; Hic enim notatus quod improbam causam fouisset, respondit: *Probos & innocentes litigatores aduocatis non indigere*; Ideo clerici & monachi, qui non solum a malo, verum ab omni mali suspicione abesse debent, postulare prohibentur. Addunt 5) licet aduocatus causam bonam habeat, iustumque tueatur negotium, tamen plerumque fallaciis & cautelis vti necesse haberet. Vnde PLINIVS *Lib. II. epistola* ad nepotem, ait; *Nos qui in foro*, variisque *litibus agimus, multum malitiae*, quamuis nolimus, *addiscimus*. 6) alii adiungunt *decentiae rationem* tanquam praegnantem; Aduocati enim stantes coram iudice sedente causam orare tenentur, *v. l. 6. §. vlt. C. de post.* Clericus igitur, si stare deberet, hoc ipsi dedecori esset, id quod modo laudatus PLINIVS *Lib. I. epist.* ipse fatetur, scribens: *In tribunatu abstinuit a causis agendis, quod deforme arbitrabatur, cui loco omnes sedere oportet, hunc omnibus sedentibus stare. v.* CVIACIVS *ad Nov. LXXI.* IVST. POLLETVS *histor. for. c. 5.*

§. V.

An vero singulis rationibus robur sufficiens insit, ipsi, qui hoc adserunt, viderint. *Conf.* GONZALEZ. TELLEZ. *ad Tit. de postul.* vbi *n.* 3. *seqq.* multas pro aiente sententia adducit rationes, ipse vero tandem, *n.* 10. negatiuam amplectitur. Mihi in praesentiarum saltim dixisse sufficiat, quod hisce rationibus omnibus non obstantibus clerici non tantum Iurisprudentiae quoad theoriam, sed etiam quoad praxin forensem operam nauare, *ipso iure canonico* debeant. In capite enim 3. *X. de postul.* conceptis verbis dicitur Sacerdotis officium esse: *Omnibus velle prodesse*. Si hoc verum est, clerici etiam consulendo, patrocinando, defendendo prodesse debent, imitarique *Saluatoris* exempla, qui *Mariam Magdalenam* contra pharisaeum defendit, *Luc.* 7. & mulierem adulterii criminis accusatam suo patrocinio liberauit, *apud Ioan. cap.* 8 Imo aduocationis officium proprium esse *Domini nostri*, tradit IOAN. *ep. l. c.* 2. *v.* 1. ex quibus similibusque exemplis quae sacer codex nobis perhibet, videtur quod minus recte clerici & monachi hoc pietatis officium exercere, prohibeantur.

VI.

Permittit proinde & praecipit ius canonicum clericis aducationis officium *in c.* 1. *&* 3. *X. de postul.* obseruata saltim distinctione *a)* inter iudicem ecclesiasticum, & secularem, *b)* inter procurationem & aduocationem, *c)* inter causas ecclesiasticas & seculares seu temporales. Si enim de iudice ecclesiastico & causa ecclesiastica agatur, clerici coram eo clientibus adsistere

iuris allegationibus; quo casu consilium etiam in scriptis petentibus dando, patrocinium praestat. v. ALCIAT. *Resp.* 91. *n.* 3. SALZED. *ad* BERNARD. *in pract. c.* 66. *vers.* 6. 7) causas forenses tractare possunt clerici, qui minores vocantur, si stipendia non habent, *v.* IACOB *de* GRAFF *in aureis decis. part.* 2. *lib.* 3. *c.* 2. *n.* 16. *&* 19. idem 8) etiam clericis in sacris ordinibus constitutis, si non habeant beneficia ecclesiastica, aut patrimonium, quibus sustententur, absque aliqua dispensatione permittitur: quia si id licet sibi pro pauperibus & miserabilibus personis, vt illarum necessitati subueniant, multo magis erit illis licitum & honestum, vt propriae necessitati & egestati studeant, amor enim ordinatus incipit a se ipso. Notandum vero 9) quod Clericus, cui, vt aduocatum agat, permissum, plura negotia simul tractare non possit, sed successiue saltim, i. e. vno negotio expedito, aliud in se suspicere valebit. *v.* FVLV. PACIAN. *conf.* 162. *n.* 2. 10. *&* 216. *conf. omn.* BARBOSA *lib. I. Iur. eccleſiaſt. vniverſi, cap XL. n.* 86 *ſeqq. p. m.* 516.

§. VIII.

Ex his luce meridiana clarius adparet, clericum inter Romano-catholicos Iurisprudentia carere minime posse. Quid vero de ministris verbi diuini apud Protestantes dicendum? Idem sane adserendum. Licet enim inter Clericos nostros aduocandi munus sit incognitum, tamen, vti ex mox dicendis adparebit, hospites in Iurisprudentia esse nec debent nec possunt. Occurrunt etiam tam in vetere quam nouo testamento loca perplura, quae difficulter, vel plane intelligi nequeunt, nisi aliquis sufficientibus Iurisprudentiae praeceptis atque fundamentis instructus sit. Si obiicis *legem diuinam* ex legibus humanis, ab ethnicis etiam Imperatoribus latis, quales in corpore Iuris haud paucae inueniuntur, quae omnes tamen *nomine ciuilium Legum* veniunt, velle

inter-

interpretari, inter paradoxa referendum esse? Respondeo: Iustitia legum Romanarum ex iure diuino in permultis capitibus ostendi poterit; id quod collatione legum Mosaicarum & ciuilium instituta, ex Gallis PETRVS PITHOEVS, ex Germanis vero PHILIPPVS ZEPPERVS, docuerunt diu, qui vltimus cum legibus Mosaicis, non tantum Ius *Romanum* sed etiam *Canonicum* & *Saxonicum* contulit.

§. IX.

Age, rem quibusdam illustrabimus exemplis. PAVLVS Apostolus saepe in epistolis suis seruorum facit mentionem, *v. ad Galat. III.* 28. *ad Ephes. VI.* 8. Libertorum meminit ipse *I. ad Corinth VII.* 22. Nuptiarum *ibidem*, *vers.* 1. *&* 13. temporis luctus, post obitum mariti, *ibidem vers* 39. adoptionis, *ad Rom. IX.* 4. *Ephes. I.* 5. Tutelae, *ad Gal. IV.* 2. Testamentorum, *ad Galat. III.* 15. *& Hebr. IX.* 16. literarum commendatiarum, *in Epist. ad Philem. v.* 17. *&* 18. *) Contractus chirographarii *ad Coloss. II.* 14. Perhibet *l. cum vir nubit*, 31. *C. ad Leg. Jul.* delictum, quod ne quidem proficit scire; Hoc autem etiam PAVLVS commemorat *ad Rom. I. v.* 17. Cautelas, quibus ICti vtuntur licite, ab illisque dolus bonus vocantur, etiam Apostolus adhibuit, dum 2 *Corinth. XII. v.* 16. dicit: ἀλλ' ὑπάρχων πανοῦργος, δόλῳ ὑμᾶς ἔλαβον, *i. e. sed existens astutus, dolo vos cepi.* Per plura alia loca adducere facili negotio possem, nisi ex adlatis satis coniiare putarem, nullum ex hisce similibusque textibus solide explicari posse, nisi adhibita eaque non mediocri legum Romanarum scientia, quam PAVLVM exacte calluisse eamque debito loco & tempore adhibuisse ostendit IO. SAM. STRYK. dissertat: *de Iurisprudentia Pauli Apostoli, conf* WESTENBERGIVS *in oratione de eodem argumento, item* OSIANDER *de Theologia Apostoli Pauli*, & Dom. AVGVSTVS CHRISTIAN. MARCHE, *in Specimine Iurisprudentiae Pauli Apostoli, quoad rem tutelarem, qui ad* §. 1. *litt. b. c.* adhuc alios huc pertinentes auctores laudat

*) Ad quam speciem interteſſionis verba D. PAVLI *c. l.* possint referri, mirifice Dd. inter se dissentiunt. *a*) FIDEIVSSIONEM hic deprehendi putant ERASM. & IO. PRICAEVS ad *h. l. it.* GONZAL. TELLEZ. *ad c. 1 X. de fideiuss. b*) plerique esse CONSTITVTVM adserunt. *v.* GROTIVS *in not. ad d. ep. v.* 18. SCIPIO GENTILIS *in Comment. ad h. ep.* §. 50. HVBER. *prael. ad ff. tit. de constit. pec.* §. 7. WISSENB. *ad ff. P. I. D. 27. th.* 2. I. S. STRYK. dissert. *de Iurisprudentia* PAVLI *Apostoli, c.* 2 §. 13. *&* 14. *c*) quidam EXPROMISSIONEM esse dicunt, *v.* ZACH. HVBERVS, V. F. *Dissert. philol. iurid.* de Chirographo D. PAVLI, *ill.* HEINECCIVS *in elementis iuris ciuilis secundum ordinem ff. P. III. p. 317. P VII. p.* 17. Diuersam ab his omnibus opinionem fouet Dn. PFAFFIVS, *Cancellarius & Theologus Tubingensis*, qui in oratione *de Chirographo* PAVLI, *die 16 Maii 1729. recitata*, verbum ἀπόστιον (vnde futurum

multa alia adducere non adeo difficile foret. Quid IOANNES ROSINVS, olim verbi diuini miniſter *Numburgenſis*, in Iurisprudentia Romana præſtiterit, vtiliſſimus ab eo editus tractatus quem *antiquitatum Romanarum corpus abſolutiſſimum* inſcripſit, ſatis teſtatur. Quid? quod haud pauci deprehendantur titulo *Theologi* & *ICti* coruſcantes, quales GAVDENTIVS PAGANINVS, HENR. CORNEL. AGRIPPA, FRANCISCVS GENET, HIERONYMVS CAPONE, HIERONYMVS REGIVS, WOLFFG. FABR. CAPITO, FRANCISCVS DE PVTEO, HENR. COLE, IOAN. NAVCLERVS, *alias verge dictus*, IACOBVS MIDDENDORPIVS, aliique permulti fuere. Poſſem hoc loco diſtinctionem inter *ICtum*, *Iurisperitum & Iurisprudentem* oſtendere; quia vero breuis eſſe laboro, lectorem ad LVDOVICVM in diſſertatione: *de ICto ſine lege loquente*, §. 8. ablego. Mihi hic, in ſenſu vulgari & populari *Iurisperitus eſt, qui fundamenta Iuris non obiter tantummodo nota ſibi reddidit, ſed illa etiam ſuo loco & tempore adplicare ſtudet.*

§. XI.

Etſi enim, vt Clericus inſtar alterius cauſidici in curia compareat, cauſasque forenſes promiſcue tractet, ſtatuendum non ſit, praeprimis cum ipſi ſalario aliisque accidentiis proſpectum vt habeat vnde viuere poſſit; Legum ciuilium cognitio tamen ipſi in Legis diuinae interpretatione & communi vita *partim* propter aliena negotia, *partim* propter propria, vtilis non tantum, ſed neceſſaria videtur. Si vero clerici praeprimis in pagis & villis conſtituti, querelas inſtituant de modico ſalario, *v.* CARPZ. *lib. I. def.* 109. *&* 110. *(de cuius quantitate in pagis conſule* BEYERVM *in addit ad Carpz. p.* 52.)

his

his tamen propterea nondum praxis forenſis permittenda, ſed de alio modo, quo ipſis ſuccurri poſſit, cogitandum. *v.* THOMAS. diſſert. *de officio Principis euangelici circa augenda ſalaria & honores miniſtrorum eccleſiae. Hal.* 1707. Quod denique de ipſo paſtore dictum, ad ludimagiſtros non eſt extendendum; His enim & aedituis aduocatura quidem non permittitur, *v.* CARPZ. *Lib. I. def.* 89. interim tamen *officium Notarii* exercere valent, vti decreuit *Protoſynedrium* apud BEYERVM *ad Carpz. Conſiſt. p.* 51. Quando autem CARPZ. *lib. I. def.* 88. ſtatuit, aedituum in Iudicio pagano actuarii vices etiam gerere poſſe, BEYERVS *in additionibus ad dict. loc.* hoc ſaltim accipit *de officio ſcribae iudicialis*, von der Gerichts-Schreiberey, non vero de ipſo actuarii officio. Caeterum aeditui & ludi-moderatores ab omnibus negotiis ſecularibus, *propter quae iurisdictioni ſeculari ſubiiciuntur*, abſtinere iubentur. *id. c. l. p.* 51.

§. XII.

Quare vero praeſens hac vice elegerim thema, paucis adhuc reddam rationem. Dolui ſaepe quod plerique S. S. Theologiae ſtudioſi, Iurisprudentiae fundamenta, in iis etiam materiis, quibus plane carere non poſſunt, nota ſibi non reddant, & deinde ad ſacrum munus admoti craſſos committant errores, Conſiſtoriis & Superintendentibus ſuis ſaepiſſime relationibus circa caſus contingentes ſtomachum moueant, haud enim raro eiusmodi paſtores *in patria* peregrinantur, quod turpe praeprimis cenſetur. Quantum itaque in me eſt operam dabo vt Prophetarum filiis quodammodo per ſacerdotem iuſtitiae ſuccurratur. Poſtquam *ſcil.* REX POLONIARVM POTENTISSIMVS & ELECTOR SERENISSIMVS, munus iura extra ordinem docendi, nuper mihi clementiſſime demandauit, conſtitui mecum, *finitis nundinis ſolennioribus inſtantibus* diebus ☿ & ♄ *Hora IX. ad X.* publice commentari in *Ordinationem matrimonialem* D. IOANNIS GEORGII *b. m. anno* 1624. publicatam. Sic autem in illa interpretanda verſabor: Praemittam breuiter *Iuris Ciuilis, Canonici & Saxonici* hiſtoriam, ſine cuius cognitione difficulter pleraque intelliguntur. Si vero peruentum erit ad ipſum tractatum, vtiliſſimas locis conuenientibus inferam materias. Dicemus enim ibidem *de patria poteſtate, de computatione graduum, deſponſalibus, de nuptiis, de pactis dotalibus, de legitimatione, de adoptione, de emancipatione, de tutelis, de diuortiis & repudiis, de vſufructu, de donationibus, de teſtamentis, de ſucceſſione ab inteſtato, de delictis in genere, in ſpecie de ſtupro, fornicatione adulterio, crimine inceſtus, abortus, aliisque* materiis quas textus ipſe ſuppeditabit. Hic labor praeprimis Studioſis theologiae non niſi vtilis, Themidos autem cultoribus iucundus eſſe poterit. Si vero cum fructu quem ſincere intendo, praelectio-

Digitized by Google

nouo aperiam *Hora X - - XI.*

IV. IVS SAXONICVM occasione *Constitutionum D. Augusti* tradam, vbi positiones, quibus reliqua quae correcta, vel nouiter constituta sunt, supplentur, ad describendum communicabo. *Hora II - - III.*

V. SCHILTERI INSTITVTIONES IVRIS CANONICI explicabo, *Hora III - - IV.*

VI. PRAEPARATORIO PRACTICVM *iuxta delineationem Processus* abs me editam, de nouo incipiam, diebus ☿ & ♄ *Hora XI - - XII.*

VII. EXERCITIO DISPVTATORIO & REPETITIONI destinata esto, *Hora II - - III.* diebus ☿ & ♄. vel si forsan alia placebit, de qua inter nos conueniendum.

Initium harum lectionum XVII. Octobris, siue dies lunae post finitas, quae instant nundinas, erit. Finem vero singulis, Deo vitam vitesque largiente, *per semestre hibernum imponam.* Dabam *Lipsiae e Musaeo*, ipso Angelorum festo, A. R. S.

CIↃ IↃ CCXXXX.

Digitized by Google

Digitized by Google

nouo aperiam *Hora X - - XI.*

IV. IVS SAXONICVM occasione *Constitutionum D. Augusti* tradam, vbi positiones, quibus reliqua quae correcta, vel nouiter constituta sunt, supplentur, ad describendum communicabo. *Hora II - - III.*

V. SCHILTERI INSTITVTIONES IVRIS CANONICI explicabo, *Hora III - - IV.*

VI. PRAEPARATORIO PRACTICVM *iuxta delineationem Processus* absme editam, de nouo incipiam, diebus ☿ & ♄ *Hora XI - - XII.*

VII. EXERCITIO DISPVTATORIO & REPETITIONI destinata esto, *Hora II - - III.* diebus ☿ & ♄. vel si forsan alia placebit, de qua inter nos conueniendum.

Initium harum lectionum XVII. Octobris, siue dies lunae post finitas, quae instant nundinas, erit. Finem vero singulis, Deo vitam viresque largiente, *per semestre hibernum imponam.* Dabam *Lipsiae e Musaeo*, ipso Angelorum festo, A. R. S.

CIↃ IↃ CCXXXX.

Digitized by Google

Digitized by Google

nouo aperiam *Hora X - - XI.*

IV. IVS SAXONICVM occasione *Constitutionum D. Augusti* tradam, vbi positiones, quibus reliqua quae correcta, vel nouiter constituta sunt, supplentur, ad describendum communicabo. *Hora II - - III.*

V. SCHILTERI INSTITVTIONES IVRIS CANONICI explicabo, *Hora III - - IV.*

VI. PRAEPARATORIO PRACTICVM *iuxta delineationem Processus* abs me editam, de nouo incipiam, diebus ☿ & ♄ *Hora XI - - XII.*

VII. EXERCITIO DISPVTATORIO & REPETITIONI destinata esto, *Hora II - - III.* diebus ☿ & ♄. vel si forsan alia placebit, de qua inter nos conueniendum.

Initium harum lectionum XVII. Octobris, siue dies lunae post finitas, quae instant nundinas, erit. Finem vero singulis, Deo vitam viresque largiente, *per semestre hibernum imponam.* Dabam *Lipsiae e Musaeo*, ipso Angelorum festo, A. R. S.

CIↃ IↃ CCXXXX.

Digitized by Google

Digitized by Google

nouo aperiam *Horâ X - - XI.*

IV. IVS SAXONICVM occasione *Constitutionum D. Augusti* tradam, vbi positiones, quibus reliqua quae correcta, vel nouiter constituta sunt, supplentur, ad describendum communicabo. *Horâ II - - III.*

V. SCHILTERI INSTITVTIONES IVRIS CANONICI explicabo, *Hora III - - IV.*

VI. PRAEPARATORIO PRACTICVM *iuxta delineationem Processus* absme editam, de nouo incipiam, diebus ☿ & ♄ *Horâ XI - - XII.*

VII. EXERCITIO DISPVTATORIO & REPETITIONI destinata esto, *Hora II - - III.* diebus ☿ & ♄. vel si forsan alia placebit, de qua inter nos conueniendum.

Initium harum lectionum XVII. Octobris, siue dies lunae post finitas, quae instant nundinas, erit. Finem vero singulis, Deo vitam viresque largiente, *per semestre hibernum imponam.* Dabam *Lipsiae e Musaeo*, ipso Angelorum festo, A. R. S.

CIↃ IↃ CCXXXX.

Digitized by Google

Digitized by Google

nouo aperiam *Hora X - - XI.*

IV. IVS SAXONICVM occasione *Constitutionum D. Augusti* tradam, vbi positiones, quibus reliqua quae correcta, vel nouiter constituta sunt, supplentur, ad describendum communicabo. *Hora II - - III.*

V. SCHILTERI INSTITVTIONES IVRIS CANONICI explicabo, *Hora III - - IV.*

VI. PRAEPARATORIO PRACTICVM *iuxta delineationem Processus* abs me editam, de nouo incipiam, diebus ☿ & ♄ *Hora XI - - XII.*

VII. EXERCITIO DISPVTATORIO & REPETITIONI destinata esto, *Hora II - - III.* diebus ☿ & ♄. vel si forsan alia placebit, de qua inter nos conueniendum.

Initium harum lectionum XVII. Octobris, siue dies lunae post finitas, quae instant nundinas, erit. Finem vero singulis, Deo vitam vitesque largiente, *per semestre hibernum imponam.* Dabam *Lipsiae e Musaeo*, ipso Angelorum festo, A. R. S.

CIↃ IↃ CCXXXX.

Digitized by Google

Digitized by Google

nouo aperiam *Hora X - - XI.*

IV. IVS SAXONICVM occasione *Constitutionum D. Augusti* tradam, vbi positiones, quibus reliqua quae correcta, vel nouiter constituta sunt, supplentur, ad describendum communicabo. *Hora II - - III.*

V. SCHILTERI INSTITVTIONES IVRIS CANONICI explicabo, *Hora III - - IV.*

VI. PRAEPARATORIO PRACTICVM *iuxta delineationem Processus* abs me editam, de nouo incipiam, diebus ☿ & ♄ *Hora XI - - XII.*

VII. EXERCITIO DISPVTATORIO & REPETITIONI destinata esto, *Hora II - - III.* diebus ☿ & ♄. vel si forsan alia placebit, de qua inter nos conueniendum.

Initium harum lectionum XVII. Octobris, siue dies lunae post finitas, quae instant nundinas, erit. Finem vero singulis, Deo vitam viresque largiente, *per semestre hibernum imponam.* Dabam *Lipsiae e Musaeo*, ipso Angelorum festo, A. R. S.

CIↃ IↃ CCXXXX.

Digitized by Google